

In Angulo cum Libello cap. III - Equus Novus, del 2

Hilda advenit et exclamat: "Quam magnum et pulchrum equum video!"

Antonius ancillam interrogat: "Nonne populus Teutonicus equos magnos

habet?" Ancilla domino respondet: "Non, domine, equi patriae meae parvi

sunt." Antonius iterum interrogat: "Num populus tuus equos parvos

despectat?" Ancilla respondet: "Nullo modo! Quamquam equi nostri forma

non conspicui sunt, ad pugnam strenui sunt. Equos candidos nuntios deorum

habemus. Dum hinniunt, praesagiunt."